

324 Bogliuni in ara ecclesiae S. Petri.

C · VALERIVS
PRISCVS
VESTIARIVS
AQVILEIENSIS
5 DEDIT

De Franceschi in Istria 1846, 102; Kandler ms. et syll. n. 496.

325 nel contado di Pisino.

D · M
P · VETVRI
SILVESTRI
PATER
FECIT · SIBI
5 ET · SVIS

Carli 3 p. LX ab Hier. Gravisi (inde Kandler n. 491).

V. COLONIA IVLIA PARENTIVM (Parenzo). Tribu Lemonia.

Parentium in ora Histriae nominant Plinius 3, 19, 129, Ptolemaeus 3, 1, 27, Stephanus (s. v.: Παρέντιον πόλις καὶ λιμὴν πλησίον Ἰστρίας τὸ ἐΣυρικὸν Παρεντιῶος), praeterea itineraria Antoninianum (p. 271), Peutingeranum, Ravennatis (4, 30. 31. 5, 14). *Oppidum civium Romanorum* audit Plinio; at *colonia Iulia* (non *Ulpia*) Parentium dicitur in titulo n. 335, ut eodem tempore quo Pola deducta esse videatur. Magistratus non nominantur; nominantur *seviri magistri Augustales* (n. 336) et qui ab his diversi videntur *seviri simpliciter* (n. 336; cf. n. 334. 338. 340), item *collegium fabrum* (n. 335. 337) cum praefecto suo. Tribum Parentinorum fuisse Lemoniam intellegitur ex titulis duobus urbano Mur. 856, 7 militis praetoriani *L. Taciti L. f. Lem. Secundi Parentio* et Parentino n. 335, ubi *L. Cantius L. f. Lem. Septiminus* adeo dicitur curialis vetus Parentinus, id est cuius etiam maiores in curia ea locum habuerint; contra decurio Parentinus n. 337 adscriptus Velinae nihil obstat quin extraneus fuerit.

De Parentinis auctoribus paucis perfungi licebit. CYRIACUM eo adisse titulosque ibi descripsisse colligitur ex codice Parmensi, qui cum solus Parentina haec exhibeat nomine descriptoris non adiecto, tamen ea est eius libri condicio ut quae in eo reperiuntur probabiliter tribuas Anconitano. Sequuntur SANUTUS et, qui a. 1526 Parentium adiit, BEMBUS et TOMMASINIUS, qui ibi fuit a. 1646; deinde saec. XVIII comes Franciscus

BREMBATIUS Bergomas et Petrus Franciscus MANETTIUS sacerdos Mutinensis Ravennae degens, a quibus habuit MURATORIVS Parentina tam in schedis servata quam ab ipso edita. Post eum plura protulerunt POCOCCIUS Anglus et Ioh. Rinaldus CARLIUS, quorum hic partem ipse vidit a. 1750, alia habuit ex schedis Casparis Negri episcopi huiusce sedis ab a. 1732 ad a. 1778, cuius schedis praeter Carlium usos esse repperi Vergottinum et Kandlerum (nam Negri sunt quas citat schedas saec. XVIII) et Polesinium. Praeterea Bartholomaeus VERGOTTIN (*breve saggio d'istoria antica e moderna della città di Parenzo Venetiis* 1796. 4. pp. 88) vix quicquam habet proprium. Secuti sunt qui sub dominatione Gallica cum Aquileia (ubi vide) Parentium quoque exploraverunt ZUCCOLO et SLAUVÉ; is qui Steinbüchelio Parentina submisit in SCHEDIS MUSEI VINDOBONENSIS servata, saepe pendens ex Vergottino; STANCOVICH, cuius librum, destinatum ad illustrandum titulum n. 331, ibi citavimus; Ioh. OPLANICH in epistula ad Ortium data Parentio d. 19 Iun. 1845, servata hodie Veronae in bibliotheca municipali (histor. fasc. n. 108); KANDLER, qui Parentina quoque rudera diligenter pervestigavit, quamquam libellus eius (*cenni al forestiero che visita Parenzo Tergeste* 1845 pp. 46) ad epigraphiam vix pervenit; denique marchio Franciscus DE' POLESINI, qui me Parentii morantem comiter adiuvit collectaneorumque suorum copiam mihi fecit.

326 D passibus a Parentio in contrada Zattica nuper rep., deinde apud Negri episcopum CARLI.

GENIO · LIB
AVG · SAC
L · SALONIUS
SEVERVS

Carli ant. 2, 141 (inde omnino Kandler n. 367).

Genio Lib(eri) Aug(usti) sac(rum) L. Salonius Severus. Ne cogita de Libertate Augusta; nam in hac pro genio requiritur Iuno.

327 arula, Parentii rep. 21 Nov. 1845 in rudi macerie ante aedem Neptuni KANDL. Extat in sacristia basilicae.

CARMINIA · L · F
PRISCA
HISTRIAE · TERRAE
V · S · L · M

Contuli. Habet a Bradamantio missam Kandler ms. et in Istria 1846, 1. 1847, 261 et in syll. n. 366 (inde Henzen 5812).

328 Parentii. *Del tempio di Nettuno se ne vedono le colonne e fogliami d'ordine Corintio verso la parte del porto; et il sasso, che contiene l'iscrizione, l'anno 1646 io lo vidi su l'acqua tra il molo e la porta detta Moraforo TOMMASINI.* Nunc in atrio ecclesiae cathedralis.

NEPTVNO · DEISQ · AVG
T · ABVDIVS · VERVS ·
POST · SVB · PRAEFECT
CLASSIS · RAVENN
5 TEMPLO · RESTITVTO
MOLIBVS · EXTRVCT
DOMO · EXCVLTA
IN · AREA · D · D
CONCESSA · SIBI ·
10 DICAVIT

Contuli. Habent Tommasini de donar. ed. 1654 p. 181 (in ed. 1639 deest), Istr. ms. p. 526. 688 (cf. p. 59), ed. p. 40. 374; *Giornale de' letterati d'Italia* vol. 38 (Venetiis 1727) p. 189; Mur. ms. et ed. 54, 6 a Francisco Brembatio Bergomate et Petro Francisco Manettio Mutinensi; Pococke p. 119; Carli apud Calogerà 28 (1743) p. 226 (inde Donat. 32, 5) et ant. 2, 131; Vergottin Parenzo p. 8; schedae mus. Vindob. (cf. *Wiener Jahrb. A. B.* 46, 54); Stancovich *anf. di Pola* p. 115 (inde Orelli 1336); Kandler in Istria 1848, 292 et syll. n. 364.

Neptuno deisq(ue) Aug(ustis) T. Abudius Verus post ... subpraefect(us) classis Ravenn(at)is templo restituto, molibus extruct(is), domo exculata in area d(ecurionum) d(ecreto) concessa sibi dicavit.

3 POST certe non est cognomen, quod perscribendum erat; nec magis placet explicatio proposita in lexico Furlanettiano *post subpraefect(uram)*.

329 Parentii in hortis episcopi CARLI; in hortis canonici Valentini KANDL.; in aedibus doctoris Salomon WIENER JAHRB. In eius domus areola in scalarum ultimo gradu ita collocata esse, ut litterae lateant, docuit me POLESINI.

P · ABVDI
VS · VERVS
PRO · SALVTE
P · ABVDII · VERI
5 PHILII · SVI
V · S

Carli 2, 132 qui vidit; Vergottin Parenzo p. 9 ex schedis Negri (inde pendent sched. musei Vind., cf. *Wiener Jahrb. A. B.* 46, 54); Kandler n. 368 ex schedis scriptis c. a. 1750, scilicet Negriani; Polesini ms. Pendent opinor ex eodem exemplo omnes.

Supra integram dant Kandler. Poles. — 3 TE om. Verg. Vind. — 5 PHILII Poles. Et in praenomine v. 1 (cf. n. 328) et in PHILII PRO FILII videtur erratum esse a descriptore.